





Sigilla Regni antiqua quædam



REINOLD HEIDENSTENII

SOLESCII SECRETARII REGII

CANCELLARIUS.

SIVE

DE

DIGNITATE & OFFICIO

CANCELLARII

REGNI POLONIÆ.



DANTISCI. MDCCXLII.

APUD GEORGIUM MARCUM KNOCHIVM,

SOLENNI SEGRETIARI REGII

CANCELLARIA

DE

DE

DIGNITATE & OFFICIO

E. XVIII 80

CANCELLARIA

REGNI POLONIE



DANTICELI REGII

REGI GEORGII MUSEUM HISTORICUM



ILLVSTRIBVS ET REVERENDISS. PRÆSIDENTI

DNVM JOANNES PREVCK

Prothonotarius Apostolicus, Canonicus &
Officialis Varmien.

Fidem facio, me requisitum vigore officii mei perle-
gisse diligenter totum tractatum Magnifici ac eruditi
Viri Dni Reinoldi Heidensteinii Secretarii Regii, cui
titulus est: Cancellarius, sive de dignitate & officio Can-
cellarii Regni Poloniae, & non solum nihil in illo repe-
risset, quod fidei S. Romanae Ecclesiae repugnaret, aut con-
tra bonos mores esset, verum etiam multa scitu digna
viris doctis continere. Quare praesentibus facultatem
concedo Georgio Schönfels Typographo Brunsbergen,
praedictum tractatum libere ac licite imprimendi & di-
strahendi. In cujus rei fidem propria manu subscripsi
& Sigillum officii mei subimpressi. Actum & datum
Varmiae, in Curia mea, 9. Martii Anno 1610.

Joannes Preuck, Canonicus & Offi-
cialis generalis Varmien.

R. HEIDENSTENII SOLESCII

SECRETARII REGII

DE

DIGNITATE ET OFFICIO

CANCELLARII R. POLON.

AD

ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. PRÆSVLEM

DNVM. LAVRENTIVM GEMBICKI,

DEI GRATIA EPISCOPVM CVLMENS. ADMINISTRA-
TOREM POMESANIENSEM, REGNI SVPRE-
MVM CANCELLARIVM,

LIBER SINGVLARIS.

Summa virtus tua, Illustrissime ac Reverendissime Præful, ad eum te Magistratum evexit, qui non in nostra solum, sed omnibus adeo Rebuspublicis clavum quasi omnium rerum tenet. Quod enim nobili loco natus sis: quod secundum leges nostras in honoribus hisce capiendis, vel maxime apud nos requiritur: cum plurimis, ne dicam infinitis, in Regno hoc commune tibi est: quod autem sapientissimi Regis nostri iudicio ex omni nobilitate Ecclesiastici ordinis maxime dignus iudicatus sis; cujus fidei prudentiæque summum Cancellarii munus, unaque cum eo universa Respublica committeretur, singulari virtuti tuæ tributum, nemo est, qui non agnoscat. Itaque ne, an gratulari quidem tibi debeam, scio. Ea enim fere, quæ casu fortuitoque bona hominibus eveniunt, gratulatione: quæ ingenio, labore, virtute parta habent, laudibus potius prosequi solemus. Gratulationis igitur, quæ vel ambitiosa, vel minus necessaria videri posset, loco pro veteri mea in te observantia, summaque tot annorum conjunctione, de dignitate officioque muneris hujus, aliquid ad te mittendum putavi. Non quo novi aliquid allaturam

me tibi existimem: sed ut, quæ præclarissime a te geruntur administranturque, ob oculos tibi proponam, & te ipsum quasi in speculo tibi ostendam. Verum de dignitate muneris hujus dicere volenti, nescio quid vel prius vel aliud dicendum sit, quam non modo priorem auctoritate nullum, in ulla Republica Regnove Magistratum, sed ne antiquiorem quidem extitisse. Nomen enim Cancellarii novum fortassis fuerit: rem vetustissimam reperiemus. Ab initio enim quidem heroicisque adeo temporibus, natura fere conjuncta ista inter se fuisse videntur, facere & dicere: *Μύθων τε ῥητῆρ ἕμεναι, πρηκτῆρά τε ἔργων* postea cum vel negotiorum multitudo, vel ignavia hominum ea sejunxisset, duo autem maxime omnium Rerumpublicarum administrandarum tempora existant, unum belli, alterum pacis; qui utrisque hisce præessent, magistratus simul existerent, necesse fuit. Ex quo igitur Regna Respublicæque aliquæ, ac societas adeo, aut genus hominum fuit, magistratus quoque simul hi exsistere; ut qui cum ipsis Regnis hominibusque simul nati videantur. Quemadmodum autem bellicarum rerum præfecti pro diversitate Rerumpublicarum Regnorumque; aliis nominibus alibi appellati fuere: aliquando etiam in eadem Republica Regnove e temporum mutatione nomina quoque mutarint: ita, quibus pacis tempore consilia negotiaque publica commissa fuere, nomina quidem in aliis Regnis Rebusque publicis, aliquando etiam in iisdem diversa fortiti fuere: res functioque eadem semper mansit, manetque. Quod autem functionis hujus partes plures sint, raro quod omnes complectatur, nomen aliquod, antiquis præsertim temporibus reperiemus: ut plurimum, quod unam solam alteramque. Maxime tamen, quod consilia omnia publica decretis scriptisque firmentur, & executioni quasi cuidam demandentur, apud plerosque fere populos, vix non a scriptionis hoc munere magistratui quoque huic nomen inditum. Atque ut clarissimarum saltem duarum Rerumpublicarum, Atheniensis atque Romanæ, instituta hac in re inspiciamus. Apud Athenienses quidem, vix non oratores, quos vocabant, munus hoc sustinuisse existimare possumus, e quibus primus Pericles cum eloquentia sua ageret ferretque rem-

publicam sequentibus ad populum de Republica referendi: oratione, quacunque liberet, impellendi: decreta scribendi, eademque scribis connotanda tradendi: inque archivum publicum referendi, non exemplum solum tradidisse, sed viam quasi stravisse videtur. Quem recentiores oratores, inter quos princeps Demosthenes, secuti, regnum quasi quoddam consiliorum judiciorumque publicorum obtinebant. Quamvis peculiaris nominis magistratus, quem νομοφύλακα vocabant, magnam etiam partem muneris hujus apud eosdem administrasse videtur. Non minore autem autoritate apud Reges quoque, qui eo loco erant, habebantur: ab eodemque scribendi munere, scribarumque aliorum praefectura quadam Αρχιγραμματείς fere appellabantur. Inter quos apud clarissimum Regem Alexandrum Eumenes tantum autoritate dignitateque valuit, ut & vivus Alexander affinitate cum sibi devinciret: & post mortem ejus, homo externus, Cardianus, inter Duces Macedonicos, vix ulli secundus esset: rideaturque vulgo a Macedonibus armigerorum princeps Neoptolemus, qui ut cum illo se compararet, Eumonem cum stilo & tabella, se cum clypeo & hasta Alexandrum comitatum jactabat. Vix non simili dignatione apud priscos etiam Hetruriae Reges, qui munere eo fungebantur, fuisse videntur, cum scriba proximus apud Porfenam Regem, eodem cultu atque majestate fere sedens, pro ipso Rege per errorem a C. Mutio interfectus fuisse tradatur. Verum ut ad Romanam potius Reipublicae Imperiique, a quo nostra etiam maxime fluxere, instituta respiciamus, primis fere Reipublicae temporibus inter varios magistratus, officium id distributum fuisse reperiemus. Nam & Consules & Censores & Praetores & Quaestores ceterosque adeo magistratus aliquam officii ejus partem attigisse suspicari licet. Consules quidem Praetoresque ad Senatum de Republica referendo: Responsis ad exteris legationes dandis, Quaestores senatus consultis legibusque in tabulas aerarumque referendis: in universum autem magistratus, Senatoresque omnes vel senatus consultis, edictis, legibusve scribendis vel scriptis in senatum afferendis. Quae ex Imperatoribus pleraque primus fere Claudius, ad unum Quaestoris officium

cium revocasse videtur, qui principali Quæstore instituto, per eum fere & orationes in senatu recitabat: & quæ cum senatu agenda putabat, agere instituit; ut errasse videatur Zosimus, qui a temporibus Constantini primum id obtinuisse narrat. Quamvis Nero jam Quæstorum officio præterito, per Consules orationes in Senatu recitare solitus fuisset: posteriores vero Imperatores scriniorum libellorumque magistros, Quæstorum eorum loco habuisse videantur. Cancellarii quidem mentio, quantum recordari possum, apud Vopiscum in Carino prima extat, sed alio, ut suspicor, ac vix non fædo aliquo significato. Præfectum urbi, inquit, unum ex Cancellariis suis fecit: quo fædius nec cogitari aliquando potuit, nec dici. Ad scriniorum enim libellorumque scriptorumque, atque hujusmodi negotiorum administratores pertinere id non potuisse, Pauli & Vlpiani præfecturæ ostendunt; qui Papiniano in consilio fuere: ac postea cum unus ad memoriam, alter ad libellos paruisset, Spartiano teste, statim præfecti facti sunt. Verum cum non minus fœdæ voluptates quam secretissime haberi soleant; fieri potest, ut qui apud perditum principem illis præfuerint, Cancellarii ipsi quoque appellati fuerint. Cæteroque quod consilia scriptaque publica quam maxime secreta atque intra cancellos quasi servari debeant, a Gothicis fere temporibus in omnium Regum Principumque Christianorum Aulis ac plerisque etiam Rebuspublicis, qui consiliiis scriptisque publicis præsunt, cancellarios appellari obtinuisse videmus, quæque in Romana aliisque nonnullis Rebuspublicis a diversis magistratibus, per partes administrata fuerint, unum nunc omnia fere complexum. Ut enim ad nostri potissimum, Poloniæ nimirum, Regni Cancellarii officium veniam, munus ejus quatuor potissimum partibus contineri videmus, quarum prima in deliberationibus consiliisque publicis, partim nomine Regis, ad Senatum Ordinesque referendis, partim dirigendis; altera in exterorum legationibus excipiendis, Responsisque ad eas dandis descriptionibusque; tertia in Judiciis; quarta privatorum desideriiis ad Regem Senatumque referendis versatur. In quibus quidem omnibus commune hoc primum quasi ac potissimum præceptum est,

ut secundum jus legesque publicas omnia administrarentur. Secundum quod, consiliorum quidem publicorum directio, in ejus, qui muneri illi præpositus est, prudentia usque; rerum posita potissimum est. Itaque non solum sapientissimo judicio Regum nostrorum semper observatum fuit, ut non rudes tironesve aliqui, sed Institutorum, Legum, Juris, totiusque adeo Reipublicæ gnari, quiq; magnam partem ætatis in negotiis publicis egissent, muneri huic adhiberentur. Verum idem legibus etiam apud nos cautum, maximeque eam, ut videtur, ob causam, ut qui primus Secretarius esset, idem ad Cancellarii munus proximus esset, constitutum, ut qui in munere eo Secretariatus, omnium secretorum consiliorum conscius, & cum scribendo, tum negotia tractando, plerumque Reipublicæ Instituta imbibisset, magistratibusque parendo præclare obiisset, eadem eo præclarius in ipso magistratu administraret. Orationis autem vis, atque ut uno verbo dicam, eloquentia, quæ partim Senatus populique animos ad salutaria Reipublicæ consilia, in eas quæ Reipublicæ expedierint, partes impellit permovetque: partim ad exterorum legationes copiose disertèque respondet, & si doctrina usuque rerum ipsa quoque perficitur: nescio tamen quomodo vix non magis a natura ingenioque tota proficisci videatur. Multos enim cognovimus, qui cum literis egregie eruditi fuerint, quod naturali tamen ista facultate destituerentur, vel infantes, vel minus certe disertè habiti fuerint: alios nullis fere literis excultos, ab ingenio tamen naturaque instructos oratorum nomen atque famam consecutos: rarissimos quidem, sed perfectissimos eos, qui cum ingenii naturæque felicitate, literarum abditæque doctrinæ studia conjunxerint. Talem, ac vix quidem scio, an unum nostra ætas Joannem Zamoscium, nunquam sine maximi viri præfatione nominandum cognovit, quem ideo natura producere voluisse videtur, ut, quod incredibile multis visum, in uno homine summam bellicarum civiliumque rerum scientiam, omniumque virtutum exemplum simul existere posse ostenderet. Quanta enim vis ejus in dicendo fuerit, quanta rerum verborumque: quanta ex omni antiquitate & memoria petitorum exemplorum copia: quam

prompta & ex tempore ut plurimum petita oratio: quanta in oratione autoritas ac pondus, quis nostrum non meminit? Sed & te, Illustrissime Præful, cum in aliis partibus oratoriis, tum maxime responsis ad exterorum Legationes prompte diserteque dandis, quis nostrum nunc non miratur? Scribendi munus, cum levius a quibusdam judicetur, haud scio, an non omnium maximum gravissimumque sit. Ut quod non solum, quemadmodum oratio ad tempus in animis hominum residet, aculeosque relinquit: sed ad posteritatem etiam ævi memoriam acta consiliaque hominum transmittit, cumque animi & mentis, ut ita dicam, publicæ index & interpretis quasi quidam oratio sit: orationis autem custodes literæ eo majore cura tractandæ nobis sunt, quod oratio, ut finem quis dicendi fecerit, simul extinguitur: ex scriptis, quibus quisque princeps aut respubl. institutis fuerit: qua animi moderatione, qua prudentia, quos spiritus gesserit, quæ consilia agitarit, etiam posteritas cognoscit. Maxime itaque in eo genere errare mihi videntur, qui scriptoris munus cum scribarum confundunt, cum maxime distincta ista separataque inter se sint. Vtrosque quidem Cancellarii munus officiumque completitur, tam scribas quam scriptores: sed cum scribæ scriptoris etiam aliqua ex parte tractare videantur, dignitate tamen, usu, officio, longo quasi intervallo ab iis distant. Scriptoris munus est, publice consulta constitutave apta prudentique oratione effari, exprimereque: Scribarum, maxime autem eorum, quos ejus ordinis notarios vulgo vocamus, ea, quæ à secretariis seu scriptoribus scripta sint, vel etiam, quæ publicis solennibusque formulis continentur, notis excipere, tabularia librosque earundem rerum servare, bonaque fide mandato vel Regio, vel Cancellarii & referre & edere, qua quidem eadem ratione, cum in aliis quibusdam Rebuspublicis, tum maxime Romana Athenienseseque, eadem inter se discreta disjunctaque fuisse observare possumus. Primum enim scribarum munus, & si honestum sane, ab inferioris tamen fere ordinis hominibus tractatum reperiemus: maxime tamen in Romana Republica, apud Græcos enim fecus, apud quos honorificentius istud fuisse Æmilius Probus testatur, qui cum

Eumenem scribæ loco apud Philippum fuisse narrat, quod multo apud Græcos, inquit, honorificentius, quam apud Romanos. Nam apud nos revera, sicut sunt, mercenarii scribæ existimantur. At apud illos contrario nemo ad id officium admittitur, nisi honesto loco & fide & industria cognita: quod necesse est omnium consiliorum eum esse participem, quod idem fere de nostris confirmare possumus; apud quos plerique ex præcipuis etiam familiis nati, munus hoc primum quasi gradum atque aditum ad Rempublicam sibi faciunt; tum vero in rationibus magistratuum, scriptisque dirigendis fere versatum reperiemus: scriptionem & a summæ dignitatis viris administratam, & publicis fere tantum vel edictis, vel senatus consultis, vel responsis ad exterorum legationes, vel legibus, vel ejus generis scriptis scribendis promulgandisque occupatum fuisse. Itaque non solum in Atheniense Republica oratores summi viri, qui universam quasi Rempublicam in potestate habebant, psephismata illa, quæ vocabant sua, ipsi scribebant, nominaque sua illis præscribebant: sed idem in Romana Republica factitarum animadvertere possumus. Obvia passim in scriptoribus Romanis dictatorum, Consulium, Prætorum aliorumque Principum mentio est, qui leges, senatusconsulta, edicta ipsi domo in senatum concionemve scripta attulerint, ac ne aliis scribenda dedisse, vicariæque opera scripta in publicum attulisse existimare possumus, Cicero ostendit, qui Pompejum principem eo tempore senatus accusat, quod cum ipse scriptor luculentus esset, responsam tamen ad Legationem Cæsaris ab eo promulgatam, non ipse scripsisset; sed Sestio, viro quidem prætorio, sed eloquentia cum Pompejo non comparando, scribendum dedisset, itaque nihil se, inquit, vidisse: *Ἐπιστάδης ἐρωπ.* In hoc ipso regno nostro proprium ipsorum Cancellariorum munus id est. Quibus, nisi vel negotiorum multitudinẽ obruti, Secretarios ad hoc munus adhibere cogentur, ipsis plane onus hoc sustinendum esset; atque adeo, si quando idoneorum secretariorum copiam habere non possint, necessario etiam sustinent. Tantum igitur, cum in muneribus hisce positum sit, quæ utriusque partes sint, non alienum fortassis fuerit, paucis informare.

Cum

Cum in omni igitur scriptore duo potissimum spectemus, primum rerum pondus gravitatemque: tum verborum orationisque elegantiam, nostro secretario seu scriptori, prima tamen potissimaque; rerum cura sit. Etsi enim materia ipsa descriptionis ab iis, quorum nomine scribendum ei est, fere ei subministratur, ea ipsa tamen gravissimarum rerum, quasi vestitu quodam ornanda distingvendaque illi est. Itaque rerum variarum cognitio prima esse debet. Recte enim ille: Rem tibi socraticæ poterunt ostendere chartæ, verbaque prævisam rem non invita sequentur. Primum igitur Socraticis chartis, Philosophiæ nimirum præceptis cognitioneque pectus imbutum habeat. Quæ cum omnium rerum, tam divinarum, quam humanarum scientiam profiteatur, ex ea etiam potissimum tanquam ex fonte omnium præclararum rerum cognitio petenda illi est. Adjungat ad hanc legum jurisque; tam nostri, quam externi, maxime autem Romani cognitionem historiam cum domesticam, tum omnium, vel clarissimorum saltem Imperiorum Rerumpublicarumque, unde omnis generis exemplorum copia ei suppetat, memoria comprehensam habeat: non in domesticis solum, verum exteris etiam institutis, moribus observationibusque peregrinus infansque non sit. Parva res est, sed qua nonnunquam magni errores committuntur, tituli salutationumque & ejusmodi ceremoniarum formulæ, quibus qui offendunt, si non stultitiæ, imperitiæ certe notam subeant necesse est. Ac pontificia quidem fere sola curia excepta, pristinæ gravitatis retinentissima, ambitione Regiarum Christianarum, vix non in omnibus aulis, aliis quidem minus, aliis magis, a pristinis titulis jam fere recessum, communique vel ambitioni, vel gratiæ aliquid dari animadvertere possumus, a nobis tamen summo studio id vitandum. Quodsi ex mutatione Principum, vel qua alia causa quid mutandum sit, non nisi iudicio scituque ipsorum Cancellariorum, atque adeo Regis, id faciendum, non semel etiam ad ipsum senatum de quorundam titulis relatum memini. Inprimis vero etiam, ne quid a superioribus negotiis tractationibusque dissonans aliquando admittatur: in quo cum peccatur, gravissime sane peccatur: qui negotia hæc tractant, supe-

riorum etiam legationum negotiorumque externorum libros, si non altius, vel a nostra saltem memoria diligenter excussos cognitosque habeant. Qua rerum gravissimarum variarumque cognitione usque instructus cum fuerit, nã illi non magnopere de verbis laborandum erit, quæ vel ex ipsis rebus potissimum nascuntur; vel ductum certe rerum ultro sequuntur. Sed tamen ne verborum quidem orationisve cura ei remittenda, quæ ipsa, quanta esse debeat, Julius Cæsar, summus ipse orator, testari non dubitavit, cum ad Ciceronem de ratione latine loquendi scribens, verborum delectum originem esse eloquentiæ, dicere non dubitaret. Ac non immerito fane a nonnullis quæri scio, qua potissimum lingua scripta publica tractanda sint. Romani quidem prisca Magistratus ita suæ populique Romani Majestatis retinentes erant, ut inter cætera obtinendæ gravitatis indicia, illud quoque magna cum perseverentia custodirent, ne Græcis unquam nisi latine responsa darent, quin etiam ipsos Græcos per interpretem semper loqui cogebant, neque in urbe tantum, sed etiam in Græcia & Asia, non quod illis deessent studia doctrinæ, aut Græcæ lingvæ usus, sed quod nulla non in re pallium togæ subjici debere arbitrarentur, adeoque Molonem Rhetorem, cujus M. Cicero auditor fuit, primum ante omnes exterarum gentium, sine interprete in senatu auditum fuisse notatum fuit, cujus deinde exemplo, posterioribus demum temporibus, Græcis etiam actionibus aures curiæ dabantur, donec sub Imperatoribus tandem paulatim Græcia victa ferum victorem vicit & artes intulit agresti Latio, maxime autem Constantinopolim imperio translato, Latium plane in Græciam degeneraret. Verum ut ad rem redeam, Romani cum universum fere orbem, maxime autem Græciam Asiamque imperio subjectam haberent, indignum esse existimabant, illecebris & svavitati literarum imperii pondus & autoritatem donari. Nunc Christianis Principibus & populis ex æquo quasi inter se res est. Itaque latina lingua, tanquam communis omnium gentium Christianarum, publico quasi consensu recepta fere ab omnibus est. Repertos tamen aliquando quosdam memini, qui sua etiam lingua ad Reges nostros scriberent: vicissimque

agitatum, ut nostra quoque sclavonica eis responderetur, ut cum illi dignitatis gravitatisque suæ nimis retinentes viderentur, nos nostræ non omnino etiam negligentes videremur. Sed majoris partis Principum populorumque Christianorum, ut aliis in rebus, ita in hac quoque; fortassis consensus spectandus, latinaque oratione utendum, in qua inprimis quidem annitendum, ne quod verbum vel ineptum, vel a majestate dignitateque publica alienum obrepat, ne quod fordidum, vel e trivio petatum, neve vel vetustate obsoletum, vel novitate insolens obscurumque sit. Est enim id quorundam vitium, maxime nostræ ætatis, ut id demum recte loqui esse putent inusitatum loqui, omninoque opera danda, ut non solum rerum tractatione prudens, sed verbis etiam gravis, perspicua, elegans oratio sit, neque tamen ita etiam superstitiosa, ut verbum nostræ ætatis usu jam receptum, quamvis non e Tulliana Julianave penu, quamvis etiam barbarum, tanquam scopulum mox fugiat, cum Cæsar ipse tantus delector verborum, quantum supra ostendimus, essedis, essedariis aliisque Gallicis, seu barbaris vocibus uti in oratione sua non dubitet. Sat igitur fuerit, si corpus ipsum orationis tale sit, quale informavimus, Itaque non modo in gravioribus autoribus, sed amœnioribus etiam illis, maxime quidem oratoribus, tum poëtis, tam Græcis quam Latinis, quorum lectione maxime oratio coloratur, tritus versatusque sit, quæ qui conjunxerit, is demum dignus mihi fuerit, cujus ore Reges Respublicaque loquantur: cujus calamo cogitata, consilia, scita decretaque sua efferant. Quodque Cicero de quorundam clarorum oratorum orationibus confirmare non dubitat: melius de dignitate nominis Romani eos meritos sibi videri, quam quosdam Ligurum Castellis expugnandis, ex quibus multi relati fuerint triumphis, unamque; L. Crassi dictionem sibi malle, quam Castellanos triumphos duos: idem de talium scriptorum scriptis vix non affirmare ausim. Tales apud exteros olim Æneas Silvius, ob singularem virtutem doctrinamque; ad summum Pontificatum: Petrus Bembus ad Cardinalitiam dignitatem, postea eveci, tum alii nonnulli fuere. Apud nos vero etiam cum inprimis a Thomicio, deinde Padnievio, tum Petro Misz-

kovio Græcis latinisque literis excultissimo, Episcopis Cracoviensibus & Cancellariis summis viris, elegantioris in Cancellaria scriptio- nis cura suscepta fuisset, eademq; ad Zamoscium usque perducta, Bernardus Vapovius: Stanislaus Hosius, postea Episcopus Varmiensis & Cardinalis: Martinus Cromerus in Varmienti Episcopatu Hosii successor: duo etiam Gisi, quorum prior ipse etiam Episcopus Var- miensis fuit: alter Stephano Rege immatura morte obiit: tum An- dreas Patricius Episcopus postea Vendenſis, non postremam laudem meruere. De te verò, Illustrissime & Reverendissime Præsul, quan- tum in secretariatu præstiteris, filere malo, quam ea, quæ dicenda de te essent, prædicando, assentationis aliquam notam apud te subire. Atque hæc quidem de scribentibus, quos vocamus, secretariis dicta sint. Verum alii quoque, quos non scribentes vocamus, non minus ipsi etiam ad Cancellarii auctoritatem officiumq; quodammodo per- tinent, in legationibus enim vel ad externos obeundis, vel domesticis negotiis fidei eorum commissis inspiciendis, ad Regemque, aliquan- do ad Senatum etiam referendis munus eorum versatur, quorum omnium præscripta mandataque ex Cancellaria more majorum eis dantur. Atque commune quidem hoc illis cum scribentibus etiam secretariis munus est: non minus sæpe enim fere scribentes etiam secretarii ad legationes muneraq; hujusmodi delegantur. Sed cum scribere, recte præfertim, non cujusvis sit, rariusque scriptor bonus existere possit, quam aliorum negotiorum administrator: pro Regni autem amplitudine infinita fere negotia sint; qui multitudini eorum sufficerent, alii etiam præter scribentes, ad negotia ea obeunda se- cretarii adhibendi fuere. Commune summumq; utrorumq; præce- ptum est, ut in negotiis, quæ vel scripto vel oratione cum exteris præfertim tractent, summam prudentiam cautionemque adhibeant, ac si quidem diserte Reipublicæ Juribusq; Regni cavere non possint, saltem ne ipsi, aut in eorum persona, scriptis orationeve Respublica capiatur, prospiciant. Ac propria quidem Jurisconsultorum hæc cautio censebatur; qui nimis etiam aliquando cauti, in omni senten- tia omnes captiones timere dicebantur: Sed non minus cujusque

virii politici esse debet. Qua in re, quemadmodum in omnibus Joannes Zamofcius, unicum eloquentiæ prudentiæq; Senatoriæ exemplum præclarus omnino erat, qui sæpe monere nos solebat, ut in hujusmodi negotiis, si vel ob eorum, cum quibus tractabatur, vel ipsorum negotiorum difficultatem aperte consulere Reipublicæ non possemus: dubietate saltem rem explicaremus: adeoque omnem sapientiam humanam in dubietate consistere, non semel dicere non dubitaret. Nec mirum, cum ipsa oracula, quoties aliter explicare se non possent, aut nollent, ad dubietatem confugisse videamus. Hæc igitur præter fidem taciturnitatemque, quæ utrorumque tam secretariorum omnium, quam scribarum seu notariorum, communia esse debent, deque quibus postea dicemus, tam in publicarum scriptio- num secretario seu scriptore, quam aliis secretariis requirenda putarim. In notariis, seu domesticorum negotiorum, vel quæ ad jus pertinent, scribis, quorum certæ fere solennesque formulæ sunt, rerum cognitionem tantam orationisq; elegantiam minus fortassis requirere debemus: Juris tamen, præsertim domestici non minorem. Prima enim potissimaque in hoc genere cura esse debet, ne quæcunque vel privatim, vel publice hujusmodi scriptorum edantur, non contra publicum solum, sed privatum etiam cujusque jus sint. Ad genus hoc scriptorum privilegia fere, quæ vocant, donationesve tam perpetuæ, quales sunt jus nobilitatis, indigenatus, possessionum perpetuarum, aliaque ejus generis, quam etiam advitalitiæ, tum finium regendorum delegationes, quas Commissiones vulgo vocamus, tutelæ, salvi conductus, literæ moratoriæ, sublevationes similiaq; pleraq; quæ ex negotiis privatis domesticoq; jure proficiscuntur, pertinent. Sed tamen publicam etiam rem non raro attingunt: partim domesticam, ut cum conventus publici ex formula indicuntur, cum militibus autoramenta constituuntur, compluraq; alia: partim quæ cum exteris etiam intercedunt, ut pacta fœdera; cum plerisque Regnis finitimis: Judicia itidem finium cum externis: dotes dotalitiæ; Reginarum, similiaque. Quarum quidem rerum certæ fere solennesque formulæ sunt, ex quibus ad præsens tempus hominesque, scriptio-

accommodata, negotia ea finiuntur. Sed tamen primum non omnium: deinde cum & jus nostrum domesticum, singulis fere comitiis vel mutetur, vel emendetur, augeaturve, magna in his quoque scriptis, quæ ad domestica negotia pertinent, cautione opus est. Duo quidem summa cura maxime vitanda cavendaque sunt: Vnum, cujus supra mentionem feci, ne quid a jure alienum, vel contra jus edatur: alterum, ne quid prioribus rescriptis contrarium, vel ab iis diversum. Prius ut vitari possit, juris, quemadmodum ostendimus, cognitione maxime opus est. Itaque notariis, qui hujusmodi scripta curant, more majorum Regens, quem vulgo vocamus, præesse solet, qui non solum operas inter scribas partiat, easdem ab illis exigat, Regique vel Cancellario subscribenda afferat: verum ne quicquam hujusmodi committatur quodve vel juri, vel alteri alicui rescripto contrarium sit, edatur, ad ejus maxime curam pertinet. Quo in munere quam illustri cum laude Simon Rudnicus Episcopus nunc Varmiensis, prudentissimusque & integerrimus Senator, tum Regens, postea simul major etiam Secretarius, per complures annos versatus fuerit, meminimus. Cum tamen vel per errorem humanum, vel negligentiam committi nonnunquam aliqua soleant, ad utrumque vitandum tria maxime adjumento esse posse videntur. Vnum, ut formularium aliquod omnium negotiorum hujusmodi ad jus nostrum accommodatum correctumque in promptu habeant, ad cujus normam omnia hujusmodi scripta exigantur referanturque, quæ enim formularia tam in Cancellaria, quam archivo extant, quam mutila imperfectaque sint, non ignoras. Itaque memoria teneo, ad me aliquando a clarissimæ memoriæ Joanne Zamoscio munus id delatum fuisse. Sed cum vix coeptum a me fuisset frequentibusque regiæ nostræ protectionibus, aliarumque scriptorum negotiorumque publicorum multitudine impeditus fuisssem: plane id postea intermissum a me fuit. Te nunc, Illustrissime Præsul, laus ista maneat! Habes Andream Lipsium, Præpositum Gnesnensem, Canonicum Cracoviensem, Joannem Kochanovium Canonicum, & ipsum Cracoviensem, Secretarios Regios, viros & juris tam nostri, quam externi peritos, & scriptores luculentos,

tos, impetra ab aliquo horum, ut negotiis omnibus in publica & privata, domestica & externa, dextre scienterq; partitis, partim ex compluribus, quæ extant formulariis, maxime autem ipso jure nostro; quod quantum ab antiquo illo multis in rebus nunc recesserit, scimus: in unum perfectumq; corpus, omnium hujusmodi negotiorum formulas contrahat: quæ earum emendatione opus habent, corrigat emendetque: partim quorum formulæ non extant: quemadmodum quidem plurium non extare certum est: ad juris præscriptum normamq; novas componat, quod cum extiterit, & minore cum labore, & certiore quasi ratione sine ullo metu erroris, quod sequantur in hujusmodi scriptis, notarii habebunt. Interim, ut non modo leges juraq; nostra, qui scripta ea tractant, ad manum semper habeant, censeo: ad eademq; omnia ista rescripta examinent revocentque: verum civitatum etiam plerarumq; privata jura, seu privilegia, quæ vocant. Cum enim singulæ fere civitates peculiaria quædam jura sua, ut depositiorum, contuberniorum aliarumq; rerum habeant, qui ea cognita aut in memoria non habeat, quomodo, ne quando in aliquod earum jus incurrat, vitabit. Maxime quidem Prussicæ civitates multarum rerum diversa ab aliis civitatibus jura habere scimus, inprimis Gedanenses portorii communicatione, cum Divæ memoriæ Stephano Rege, cum de ipsius portorii, tum de rescriptorum pœnaliū, re aliqua exigente ad illos edendorum ratione, tum de literis fidei publicæ, moratoriis itidem, appellationibus, contuberniis, Commissis, Caducibus, naufragiis aliisq; compluribus rebus, præ ipsius Prussicæ Civitatibus aliis, præcipua quædam jura habent, quæ qui ignorat, non solum in eorum jura aliquando impingat, necesse est, si ad aliarum civitatum normam exæquare revocareq; ea velit: sed ipsa etiam regia jura, ne per ignorantiam aliqua re negligat, verendum ei erit. Alterum, quo obviam erroribus iri posse videatur, est, ut, quo quisq; sui facti rationem reddendam sibi sciat, quod a quoque scriptum profectum fuerit, ei ipse subscribat. Tertium, ut cum in tabularium ea fere tantum, quæ alicujus momenti sint, aut ad temporis alicujus memoriam durare debent, inscribenda

benda recipiantur: qui sigilli curam commissam habet, nullum privilegium, nullam donationem, nullum cujuscunque generis scriptum signet, priusquam ab eo, cujus in illo opera versata fuerit, superscriptum sit: deinde, priusquam argumentum cujusq; scripti, diem item & locum ejus in peculiare inventarium seu album suum inscripserit: idemq; utriusq; Cancellariæ signatores, quot septimanis inter se conferant, ut non modo ex una eademq; Cancellaria nihil inter se contrarium edatur: sed ne cum alterius quidem Cancellariæ scriptis pugnans. Quæ quidem utraq; ordinatio Cancellariæ, in comitiis inaugurationis Henricanæ instituta ipsa quoq; præscribit. Ad hæc si accedat, ut exceptis secretariis: quorum meditatio atq; labor secreto opus habet: qui domestica seu formularum ista scripta tractant, non per diverforia singuli, sed intra unius domus seu cœnaculi cancellos, a quibus proprie Cancellaria dicta est: simul omnes negotia ista expedirent, & Regens faciliore labore pensa inter eos distribuere eademq; exigere posset: & ne quid, quod celandum esset, efferretur, facilius caveri. Quodsi institueretur, ut nimirum in communi eodemq; loco simul sibi quisq; commissâ negotia expedirent, non alienum fortassis esset, ut vetus etiam Karbonæ mos iterum revocaretur, quo nimirum certus modus æstimatioq; in singula scripta, in sigillum itidem a quoq; scripto constituebatur, quæq; ab iis exigenterentur, in unam arcam colligebantur, singulisq; trimestribus, Regentis vel ipsius Cancellarii judicio pro cujusq; merito & labore, in univrsam cohortem distribuebantur. Futurum enim ita esset, ut & invidia exactionum minus Cancellaria laboraret, cum certum cujusq; rei pretium constitutum esset: & cum æquum omnes laborem ferrent, laboris sui mercede nemo fraudaretur. Abrogatus sane hic mos, seu intermissus potius primum a summo viro Joanne Zamoscio fuit. Sed suas quasdam ille consilii sui rationes habebat, maxime quidem, quod venalem Cancellariam haberi videri nollet, a qua re & ipse abhorrebat, & hujusmodi secretariis ac notariis etiam utebatur, qui honestissimis proventibus instructi facile largitiones istas & offulas contemnerent: tum vero, quod in Castris perpetuoq; motu

versabamur, ne servari quidem commode institutum id tum poterat. Sed tamen & ad famam Cancellariæ tuendam & tenuitatem Juventutis ejus, quæ in illis castris versatur, sublevandam: maxime autem æquabilitatem inter eosdem servandam, vix non commodior vetus mos iste videri potest. Etsi enim prima quasi Cancellariorum & cujusque magistratus cura ista est, ut non modo se, verum totam etiam cohortem suam integram præsent, nemo tamen tam felix est, quin inter multos bonos gravesq; nonnunquam fordes etiam aliquæ illi vel obrepant, vel obtrudantur. Ita; nonnunquam fit, ut unus atque alter, non modo commune commodum totum ad se convertant, verum cum æstimatio nulla certa, vel scriptorum vel sigilli constituta sit, pro suo arbitrato non sine invidia nonnunquam ipsius Magistratus, immodicum aliquid exigant. Et in nobilitatis quidem negotiis, certum pretium præclarumq; litterarum, jam ante jure publico etiam constitutum est. Cives Judæi & exteri Cancellariæ arbitrio permitti, quo magis ut & nobilitas penes æstimationem legis conservaretur, Cancellarii prospicere, & de aliis, qui ipsorum arbitrio permitti sunt, rectius liberiusq; ipsi statuere possent. Certa enim æstimatione in singula scripta, aut signationes constituta, pecuniâq; ab iisdem exacta, pro cujusq; merito communiter in cohortem distributa, & invidia exactio, aliquomodo vitetur: & juvenus, quam certe suis stipendiis in Palatina hac militia, mereri iniquum esset, unde utrumq; se sustentet, habeat. Si præsertim vetus illa liberalitas principum primariorumq; senatorum duraret, quorum vigente adhuc antiquo illo more, ea fere consuetudo esse solebat, ut quoties ex regia Comitibusve discederent, vix unquam indonata Cancellaria proficiscerentur: quin vel centenos, vel denos aliquot florenos, prout quisq; munificum se præstare volebat, in Karbonam mitteret. Ex qua ipsa liberalitate procerum Juventus ea, quæ & maxime necessariam Reipublicæ regiæque operam præstat, & non postremum seminarium Reipublicæ est, non parvum adjumentum ad tolerandum se capiebat. Ut ad rem redeam, ad ejusdem Regentis notariorumq; curam, maxime tabularium etiam, seu metrica, quam vocamus, per-

tinet, ut quæ omnium tam publicorum quam plerorumque etiam
 privatorum scriptorum, ad futuri etiam temporis perpetuitatem,
 fidelissima custos sit. Primum igitur summa fide diligentiaque, quæ
 inscribenda in illam offeruntur, referenda in eam ab illo, qui curam
 ejus habet, sunt: deinde non minore fide, quibus quis ex ea opus
 habeat, edenda: ad extremum summa vigilantia custodienda, asser-
 vandaq; est. Inter summas certa Catonis minoris laudes non po-
 strema hæc commemoratur; quod cum ante eum quæstorem tabulæ
 publicæ, non satis religiose semper referrentur, falsaq; sæpe senatus-
 consulta, gratia & precibus reciperentur, in quæstura & ærarium ab
 hujusmodi fraudibus purgarit immuneq; præstiterit: & cum aliquan-
 do de senatus consulto uno addubitasset: & si multi testes ejus se of-
 ferrent, fidem tamen ei non habuerit, neque prius ad ærarium retu-
 lerit, quam præsentis Consules jurassent. Et quanta quidem tabu-
 larii cura habenda sit, Alexander Magnus etiam exemplo suo testari
 non dubitavit. Cum enim ad Eumenis opes in lucem proferendas,
 tabernaculum ejus clam incendi mandasset, incendiumque id subito
 restingvi non potuisset simulq; tabularium conflagrasset, per omnes
 imperii sui fines, quod quisq; scriptorum possideret, ut ad restitu-
 endum archivum ad Eumenem deferrent, edixit. Idem, cum infelici
 Warnense prælio una cum Rege tabularium periisset, apud nos fa-
 ctitatum scimus. Verum præter hæc tam secretariorum, quam no-
 tarios duo maxime propria officia sunt: unum, ut & notarii, in
 secretariorum, maxime regentis: & utriq; tam secretarii, quam nota-
 rii in Cancellariorum potestate sint: alterum, ut in negotiis vel a
 Rege vel Cancellariis, aliisque magistratibus aut Senatoribus sibi cre-
 ditis, summam fidem taciturnitatemq; præstent. Atque ut Cancel-
 larios quidem observent, ex eorumque arbitrio toti pendeant, cum
 illorum judicio atque arbitratu ad munera illa fere asciscantur, æqui-
 tas ipsa postulat. Præterea vero etiam, quod si quid ab illis peccet-
 tur, Cancellariorum periculo invidiaq; ab illis peccetur, ut qui non
 suam solum, sed secretariorum etiam notariorumque, quorum opera
 utuntur, culpam præstare fere teneantur. Itaque cum more majo-

rum duo genera secretariorum, unus nimirum Regens, qui privatis scriptis, de quibus supra actum, tractandis fere præest: alteri externorum seu publicorum scriptorum secretarii, eadem Regi subscribenda dare, referreque; nomine Cancellariorum de iis negotiis ad Regem soleant, Cancellariisq; occupatis, tanquam interpretes quidam inter Regem & Cancellarium sint: nullum fere negotium sine scitu Cancellariorum recte ab iis suscipitur: sed quæcunq; vel ad Regem ab illis referuntur vel tractantur, vel quo alio modo expediuntur, scitu permissuq; Cancellariorum ab iis geri debent. Semperq; Partocli illud Achillem contubernalem suum: sed majorem contubernalem etiam absentem reverentis in mente versari iis debet, Δεινόσανηρ ὅτισκε ἀνάτιον αἰτιάσητον, illi enim Cancellariis: Cancellarii Regi ac Reipublicæ omnium actionum suarum rationem reddere debent. Jam de fide taciturnitateq; quanta ab illis præstari debeat, quid dicam? neq; solum in publicis negotiis sibi commissis, verum etiam privatis, in quorum non paucis ipsis etiam ante tempus proferendis, non mediocriter sæpe peccatur. Quanto magis vero in publicis? Secretarii sane consiliis publicis intersunt juratique silentium in ea promittunt. Verum notarii etiam, quorum opera in expediendis scriptis utendum plerumque nobis est, non expertes etiam aliquo modo eorum sunt: anima quasi consiliorum publicorum taciturnitas silentiumque est. Qua in re, quemadmodum in omnibus præclaris institutis mirifici sane Romani erant. Etsi senatus numerosissimus erat; & si filii familias patres ut plurimum in senatum comitabantur eosq; observabant, præter patricios non pauci etiam, qui magistratibus apparebant, in senatum conveniebant, miro tamen semper silentio senatus consulta decretaq; tegebantur, adeo quidem, ut arcana consilia patrum multis seculis nemo senator enunciaſſe notatus fuerit. Quintus Fabius maximus, & is per imprudentiam de tertio Punico bello indicendo, quod secreto in curia erat actum, P. Crasso rus petens, domum revertenti in itinere narravit, memor, eum triennio ante quæstorem factum, ignarusq; nondum a censoribus in ordinem senatorum lectum: quo uno modo etiam iis, qui

jam honores gesserant, aditus in curiam dabatur. Sed quamvis honestus error Fabii esset, vehementer tamen a Coss. objurgatus est. Nunquam enim taciturnitatem optimum ac tutissimum administrandarum rerum vinculum labefactari volebant; itaq; cum Asiæ Rex Eumenes bellum a Perse adversus P. R. comparari senatui nunciasset, non ante sciri potuit, quid ille locutus esset, aut patres respondissent, quam captum Persen cognitum est. Itaq; non dicam unum, sed neminem audisse crederes, quod tam multorum auribus fuerat commissum, posterioribus demum temporibus, ut aliis rebus præclaris, ita taciturnitate quoque paulatim latente, ut tacita, quæ vocabant, senatusconsulta fierent, institutum. Nam si forte aliqua vis ab hostibus immineret, quæ vel humilia consilia captare cogeret: vel aliqua constituere, quæ non prius oporteret dici, quam effici, senatusconsulta fiebant, quibus præter senatores, omnibus remotis, non scribæ, non servi publici, non censuales rei illi interessent: senatores exciperent: senatores omnium officia censualium scribarumq; complerent, quod quidem aliquando apud nos etiam fieri scimus: superiore vero memoria non solum secretarios, præter unum majorem, sed Castellanos etiam minores removeri ab hujusmodi consiliis solitos. Verum quod ad Cancellarium attinet, vix non similem disciplinam a Joanne Zamoscio, quiq; ex ejus disciplina profecti muneri ei ipsi quoq; præfuere, summis viris, Alberto Baranovio Archiepiscopo nunc Gnesnense & Principe senatus: Petro Tilicio Episcopo Cracoviense, a quibus in te quoq;, Illustrissime Præsul, eadem transmissa: constitutam servatamque meminimus. Nemo nostrum illis Cancellariis ullius scripti, non dicam privato, aut, quod absit, externo alicui, sed ne senatori quidem sine Cancellariorum scitu permisusq; copiam facere, fas sibi ducebat. Si quod gravius erat, quod communicari quisquam secum postulabat, ad ipsum Regem aliquando a Cancellariis referebatur. Paulo superioribus temporibus, nescio quomodo disciplina ea laxata, nullum scriptum fere vel tam secretum vel tam grave esse videmus, quod non in omnium fere manibus volitet, ac non solum consilia omnia publica omnibus fere, uno for-

fortassis ipso etiam libertatis hoc vitio patent, sed scripta etiam, quibus consilia ea continentur, publica pene haberi cœperant, qui ex vetere disciplina arcana secretaq; ea habebat, eum tanquam alti miriq; silentii virum ridere plerique. Verum ne a Cancellaria discedamus & a te jam disciplina ejus restitui restaurariq; cœpta, & a collega tuo Felice Kriscio clarissimis majoribus orto, summoque ingenio & dexteritate Procancellario eandem operam dari videmus. Tertium Cancellarii munus in judiciis versari ostendimus. Qua in parte, ut æquitatem justitiãq; ante omnia præ oculis habeant, nihil gratiæ, nihil muneribus dent, in tantis viris ne monitioni quidem ulli locus esse potest. Quorum enim ita spectata virtus atq; integritas est, ut ex ea potissimum ad amplissimum dignitatis gradum lecti sint, quomodo vel suspicionem ullam gratiæ, aut sordium admittere ea potest? Præter justitiã autem & æquitatem, quæ prima semper esse debet, quo rectius atq; ordinatius aliquanto judicia administrantur, tria non inutiliter institui posse videntur. Vnum quod ordinatione etiam Henricana, de qua supra mentionem feci, annotatum fuit, ut statuta semper tempora locusq; judiciorum observentur. Alterum, ut sententiæ tam inferioris subsellii assessorum, quam tribunalis appellationum seu relationum, quas vocamus, Regiarum, non viva voce, sed scripto proferantur recitenturque, priusq; quam publice pronuncientur, absente parte scripto concipiantur, privatimq; coram principe aut iudicibus recitata, ab iis approbentur, qua ratione & contentiones triciq; complures, quæ etiam post sententias latas inter partes cum judiciorum notario intercedere solent, evitentur, & minus aliquanto erroris committeretur. Tertium est, ut & in temere litigantes pœna decerneretur, aut ad minimum in impensas parti condemnarentur, & procuratores certa disciplina legibusq; astringerentur, quorum utrumque si fieret, minus sine dubio litium foret. Cum ad jus nostrum Prussicum corrigendum superioribus annis ex Palatinatu meo cum aliis ipse quoq; delectus fuissẽm, de pœnis in temere litigantes, maxime autem litis impensis, aliquo modo tenui, de procuratoribus nescio, quomodo discussa res fuit.

Tria autem tum proposueram: ut jurati, ac si fieri posset, in singulis Palatinatibus possessionati essent, ut certa, ex quantitate summarum seu causarum, quæ in iudicium venirent, salaria illis constituerentur: ut si falsi vel calumniæ, vel prævaricationis, vel similis alicujus criminis convictus quis esset, pœna in eum certa pro magnitudine delicti constituta esset. Quibus rebus quid justius, quid æquius esse potest? Quilibet apud nos Judex, Senator, Princeps ipse deniq; juratus est: advocatus cur juratus esse non debeat? ego vero non solum causidicum, sed partes ipsas juramento calumniæ, saluberrimo Juris Cæsarei ad lites fraudesque minuendas invento obstringi optarem, quo & justam causam ex animi sui sententia se fovere, neque ulla vel iudicis vel testis corrumpendi vias rationesq; se tentaturos jurarent, si vel jurisjurandi religio effrenem illam litigantium libidinem fraudesque reprimere posset. Vt quidem possessionati sint in Regiis iudiciis, nescio an teneri possit; maxime autem causarum, quas vocamus, Magdeburgensium, ad quas ob juris ejus peritiam, ex plebe etiam atque externis nonnunquam procuratores admittendi sunt. Vt tamen, quod in aliis Regnis diligentissime cavetur, ne temere quilibet in iudiciis turbare, aut vel imperitia vel fraude miscere posset, certi aliqui delectique, inque officium illud jurati saltem admittantur, & in nostra quoque Regia caveri possem existimarem: & quantum judicare possum, magna cum utilitate fructuque caveretur. Quemadmodum & illud, ut certa salaria assignata habeant. Quæ enim æquitas s'vadet, ut cum munus advocati ad utilitatem salutemque litigantium comparatum institutumque esse debeat, in perniciem id eorum verti, & cuique pro suo arbitratu, miseros & egentissimos aliquando clientes concutere depasciscique licere: & iudiciis quidem terrestribus amplissimis viris vicariisque eorum & notariis certa stipendia constituta esse: advocatos ab omni lege immunes, quantum velint, exigere. Jam vero, ut in peccantes pœna constituta sit, non unius atq; alterius Regni aut civitatis, sed omnium gentium ex ipsa natura haustum jus est: ne scilicet delicta ulla impunita maneant. Quod autem gravius crimen esse potest, quam

vel clientem circumvenire: in fidem suam receptum deserere: non integra bonaque fide causam ejus agere, vel etiam adversario prodere: judicium testemve corrumpere, vel se corrumpi sinere, quæque ejus generis similia sunt. In quæ poenas constitui, tantum abest, ut boni integrique advocati, quorum magna multitudo est, recusare debeant, ut potius, quo mali ab illis fecernantur, maxime optandum id illis sit, & si constituerentur, non parum fortassis audaciæ fraudesque quorundam cohiberentur. Reliquum est, ut de quarto munere Cancellariorum aliquid dicamus, quod in postulatis desideriisque civium ad principem, responsisque principis ad ipsos referendis versatur. Vetustissimas Cancellariorum partes hasce fuisse & Gothicis etiam temporibus, in illorum regiis ab illis usurpatus, Cassiodorus testatur. Quoniam, inquit, crederis, omnes industria fideque superare, ideo cancellorum tibi decus attribuitur, ut consistorii nostri secreta fideli integritate custodias: per te præsentandus accedat: per te nostris auribus desiderium supplicis innotescat: jussu nostra sine studio venalitatis expedias, omniaque sic geras, ut nostram possis commendare justitiam tum alio loco. Persona tua refugium sit oppressi: infirmis defensio: præsidium aliqua calamitate concluso. Sic enim cancellos agis, si læsorum impia claustra solvas. Prima autem in hac parte præcipuaque virtus Cancellariorum fides est, ut fideliter ad principem desideria omnium referant: non minor vero, juris publici cura. Omnium enim quidem desideria ad principem referre debent, non tamen omnia promovere, sed ea tantum, quæ juri publico legibusque conveniunt. Certa jura habemus, quibus non solum exteri atque plebei ab honoribus & plerisque beneficiis remouentur: verum etiam ut matura ætate judicioque ac benemeritis conferantur, præscribitur. Sunt jura, quibus ne proventus certi mensæ Regiæ distrahantur dissipenturque, aut a privatis usurpentur, vetatur: Sunt, quibus certi proventus publici, ut quartana pecunia, non nisi in destinatos usus convertatur, cavetur. Peculiaria præterea quædam ecclesiastici ordinis jura sunt, peculiatia equestris. Postulat aliquis quid contra hæc & similia jura, aut quod cum detrimento

mento vel in fraudem Reipublicæ sit, non solum juvare in petitionibus hujusmodi neminem debet, verum etiam se opponere. Custos enim legum jurisq; publici est. In aliis rebus, quæ juste postulantur, sine ullo respectu vel potentiaæ cujusquam, vel gratiaæ, communem omnibus se præbere debet: nulli vel ad se, vel principem aditum præcludere, ac non solum ob potentiam cujusquam oppressum aut injuriam passum deferere, sed ultro potius contra eum, injuriasque potentioris patrociniū infirmioris suscipere, præclarum gloriosumq; est, egentem sublevare, opem auxiliumq; præstare pupillis, orphanis aliisq; imbecillioribus: eripere ab injuria potentioris inopem. Ita autem proprium hoc officium Cancellariorum est, ut convenire inter plerosq; soleat, si quis contra ipsum Cancellarium juste quid postulet, negare illi officium suum Cancellarium non posse aut debere. Illud fortassis non reprehendendum, ut si quis quid petat, quod Cancellarius etiam ambiat, ut una cum alterius suam quoque petitionem ad Regem referat, sibiq; etiam non desit, verus enim: sibi quisque proximus. Si quisquam enim, Cancellarii certe Regi & Reipublicæ serviunt ac plerosque meritis antecedunt, unde non immerito fortassis, quod vulgo jactatur, natum: Vix mihi impetrare potui, nedum tibi. In tantum autem etiam contra se ipsum officium suum præstare debere existimatur, ut si quis aliqua de re in jus contra eum adire velit, libellos, seu citationes, quas vulgo vocamus, ipsam contra se adversario edere teneri pleriq; censeant. Marcellus sane Syracusarum domitor, cum Siculi contra eum senatum adire vellent, ipse tum consul non solum ultro senatum eis dedit, verum & patientissime in senatu eos audiit, &, cum causa perorata, illo responsuro ex senatu discederent, in senatu retinuit; ut si quid contra defensionem suam dicere vellent, potestatem eis faceret, in eadem Republica Jurisconsulti, summi viri, vel inimicis suis fontes suas patere, atque etiam adversariis amicorum suorum, de jure consulentibus respondere, necesse sibi putabant, seque advocatis, vel illum ipsum, quem contravenissent, causa cadere, turpe existimabant, quam quidem æquitatem merito quilibet magistratus in officio suo imitari debe-

deberet. Jam in responsis ad postulata desideriaq; cujusque, a principe referendis, ut vel inani spe aliquem lactent, vel incerta pro certis referant fumosque vendant, in tantis viris ne verendum quidem est, repudiat id dignitas autoritasq; cum ipsorum, tum magistratus, quæ etsi nunc quoq; maxima sit, major tamen olim etiam aliquanto fuisse videtur. Primum enim singulos tantum Cancellarios ab initio in regno fuisse satis constat. Et quamvis consequentibus temporibus regno in aliquot principatus aliquoties distracto, quot principes, tot Cancellarii etiam existerent: morte tamen principum ad communionem regni ditionibus eorum reversis, cum iisdem Cancellariorum etiam numerus ad unum regni Cancellarium redire solebat. Postea cum partim multitudine negotiorum, aliquando etiam valetudine, aut aliis rebus avocatus omnibus satisfacere is non posset, ut Vicecancellarius, qui illo impedito partes ejus exciperet, esset, institutum fuit, qui primis quidem temporibus, ut nomine, ita re Vicecancellarius erat, neq; fere, nisi absente aut impedito Cancellario, cujus ut vices gereret, institutus erat, quicquam attingebat, in eamq; rem privatum, atque ut autoritate, ita forma etiam minus sigillum excogitatum erat, quod præsentem quidem Cancellario apud Reges privatim asservabatur; eo autem absente, cum aliæ literæ, tum non tam donationes, quam promissæ earum per Vicecancellarium illo signabantur; ut quæ ita demum ratæ essent, si majore sigillo postea signatæ fuissent, itaque clausula fere in plerisque addita reperitur, qua easdem literas majestatis etiam sigillo signari se mandatueros Reges promittebant: quo nomine majus scilicet, quod in Cancellariorum potestate erat, vocabatur. Cum Cancellariorum autoritas eo excrevisset, ut non modo privatis, verum ipsis fortassis etiam Regibus gravis jam esset, lege ab Alexandro Rege lata, Vicecancellarius cum Cancellario exæquatus parq; utriq; potestas tributa fuit. Ab eo tempore pari autoritate uterq; negotia publica administrare. Quod autem Vicecancellarii tum munus erat, ad primum Secretarium, quem majorem vulgo vocamus, recidisse fere videtur, cui cum alia privilegia tributa sunt, tum ut tacitis senatusconsultis præ aliis solus inter-

esset, tributum, eundem Cancellario utroque absente, illorum vices, quemadmodum primis temporibus Vicecancellarius, more consuetudineq; sustinere fere solitum meminimus. Atq; ab initio quidem Sacerdotes fere tantum, & pleriq; Episcopi jam muneribus hisce præerant. Primus Vladislai Regis tempore ex Secularibus, quos vocamus, Clemens Moskorovius ad magistratum hunc proventus fuit, cui cum aliquot postea ejusdem ordinis, non tam juris aliqua necessitate, quam Regum arbitrio atq; voluntate in eodem munere successissent, tandem, vel quod ecclesiastici in expeditionem nonnunquam Reges sequi viderentur: vel quod potentia ipsorum gravis nobilitati videretur, seu, ut ipsius legis verbis utar, quod actiones nonnunquam tales intervenire, quarum executionem spirituali personæ committi non conveniret, lege a Sigismundo I. lata, ut alteruter semper ex iis secularis esset, statutum, qua quidem primus Christoph. Sidlovicius, magni nominis Cancellarius, magistratum eum cœpit, eadem autem ad nostra usque tempora sine ulla interpellatione servata fuit. Cumq; meritis honoriq; Cancellariorum id quoq; Alexandrinæ legis beneficio tributum fuisset, ut ad summa sacerdotia, ut Archiepiscopatus Episcopatusq; primi ipsi essent, subrepente fortassis vitio rerum humanarum invidia, ad potentiam eorum minuendam ab eodem Alexandro non multo post statutum, ut ecclesiastici quidem ex majoribus Episcopatibus aliquo, Seculares autem Palatinatu aut Castellatanu accepto, magistratu cederent. Quæ tamen lex non nisi Sigismundi Augusti demum temporibus, ut alia Alexandrinæ legis capita, executioni demandata fuit. Postremo nullis beneficiis, nullis diplomatibus, nullis donationibus, sive perpetuis, sive advitalitiis, Rex subscribat; Sed Cancellariorum fidei ista concredebantur, qui, quæ a Rege alicui promissa aut collata in aliquem essent, fideliter referebant: suæq; manus subscriptione, & sigilli Regii appensione fidem eis faciebant: a quo more vetus quidem jurisjurandi formula adhuc manet, quo nullas literas pergameneas: in membrana enim hujusmodi fere scribuntur: sine scitu Regio, se daturos Cancellarii jurant: mos autem, cum ad D. memoriæ Augustum Regem usq; durasset, ab eo privata denunciatione sublatus fuit, cum nullam donatio-

nem

nem aut simile jus, cui ipse non subscripsisset, rata se habiturum, aliquot ante mortem annis in comitio professus fuisset, quod ipsum deinde reformatione Cancellariæ Henricana confirmatum etiam fuit. Ad quem locum ventum cum sit, non alienum fortassis fuerit, qui in aliis regnis imperiisve, tam nostri temporis, quam olim mos hac in parte observatus fuerit, inspicere. Ac Romanos quidem principes subscriptione usos, vel notissima illa vox Neronis ostendit: quam vellem nescire literas! cum de supplicio cujusdam capite damnati, ut ex more subscriberet, admoneretur. Similiter Plautiani urbanarum cohortium sub Severo præfecti facinus, qui cum in spem imperii accensus, Severum Imperatorem cum filio per tribunum militum tollere pararet, literas demandatæ cædis tribuno petenti, cupiditate plane obcæcatus, in cædem patrandam dare non dubitarat: recepto tum nimirum more, quo cædes manus suæ subscriptione mandabant, quo mandato ipsorum factam percussor defendere possêt. Verum ad pleraq; alia etiam negotia, & a minoribus etiam magistratibus, passim subscriptiones adhibitas fuisse, Tiberii in Rhodiorum magistratus ludus argumento esse potest, qui cum Rhodiorum magistratus, qui literas publicas sine subscriptione ad se dederant, evocasset, ne verbo quidem infectatus, tantummodo jussus subscribere remisit. Nostra ætate ex barbaris principibus, ut Turcarum, Persarum Tartarorumq; itidem Regibus, nullum subscribere videmus: ex Christianis summum Pontificem, & Venetorum Ducem solos non subscribere, reliquos fere omnes, cum literis ad alios principes, tum aliis scriptis ipsos subscribere, qui quidem mos nunc a nostris quoque Regibus observatur: cum antea omnia scripta, maxime autem majoris momenti illa, ut donationes, privilegiaq; alia, Cancellarii ipsi subscriptione autoritateq; sua firmarent. Neq; tamen in aliis omnibus negotiis, minor ob id nunc quoq; autoritas illorum est, quæ omni certè exceptione major in iis, quæ a Rege referuntur, ultro sibi fidem astruit. Id autem ut operam dent, ne responsis ullis a principe referendis quenquam vel alienent, vel insensum principi reddant, prudentiæ illorum est. Non possunt Reges omnibus gratificari: sæpe rerum, sæpe temporum difficultas obstat: nonnunquam publicas, nonnunquam privatas

rationes suas habent, ob quas non semper cuiq; satisfieri possit: ea & sapienter tegere, & animos eorum, quibus negatum aliquid fuerit, non modo demulcere, sed magis etiam principi adungere, & fidei & prudentiæ magistratuum, maxime autem hujus est. Verum in omni parte magistratus functionisq; hujus, haud scio, an ulla virtus magis necessaria Cancellariis sit, atque laborum tolerantia ac patientia. Neque enim, quod ab Ægyptiis Amasis concedi sibi volebat, ut tanquam arcum se remitteret, idem illis negotia vel homines permittunt. Die noctuq; sequuntur eos, in cubiculum usque eos prosequuntur, ante galli cantum ostia pulsant, media nocte aliquando e somno excitant, omnia principis reipublicæq; causa perferenda sunt. Jam vero in ipsis hominibus ferendis, quanta eos patientia esse oportet? raro aliquis tempus eorum observabit, quamvis omnium rerum primum id esse sciat, quid aliud quam importunitati condonandum? Veniet hic cum ampullis & sesquipedalibus verbis, palpandum insuper illi est, alter tumido delitigat ore, placandus est, alius plorabit, consolandus; alius cælum terramque contestabitur, ferendus est. Virtutes, ob quas consulatum, summum Romæ honorem justissime promereri Servius potuerit, hasce Cicero describit. Servius hic nobiscum hanc urbanam militiam respondendi, scribendi, cavendi, plenam sollicitudinis ac stomachi secutus est: multum vigilavit, laboravit, præsto multis fuit, multorum stultitiam perpeffus est, arrogantiam pertulit, difficultatem exorruit, vixit ad aliorum arbitrium, non ad suum, quanto rectius omnium stultitia ineptisque perferendis, commodaq; & tempora sua, non ex suo, sed aliorum arbitrio dispensando, maxima præmia Cancellarios mereri, dicere possumus. Breviter, quæ de amplissimi magistratus dignitate atque munere in mentem mihi venerunt, exposui. Quæ cum omnia præclarissime a te, Illustrissime Præful, præstentur, nisi ex solenni formula soli principi precatio ista deberetur, ut de nostris tibi Jupiter annos adderet, merito omnes tibi precaremur. Ut tamen & in munere hoc, & postea ad altiores honores provectum, quam diutissime incolumem te reipublicæ

DEVS præstet, omnes boni cupiunt voventque.

FINIS.



INDEX RERVM MEMORABILIVM,

*ubi litera C. significat ipsum Commentarium, litera D. Documenta & Augmenta,
cum suis paginis.*

A.

Alexandri regis Pol. de Cancellariatu
Constitutio non semper observata
C. pag. 7.
Appellatio Cancellariorum Supre-
morum & Pro-Cancellariorum,
quando orta. C. pag. 25.
Assessorialia Judicia ordinarie exer-
centur per Supremum Cancellari-
um; eo absente per Pro-Cancel-
larium. C. pag. 27.

B.

Brzezjus (Joh.) D. pag. 97.
Burggravii Prussici. C. pag. 44.

C.

Cancellarii qui se abdicarunt officio
sponte, qui coacti. C. pag. 12. 13.
Cancellariorum saepe munere legato-
rum sunt functi. C. pag. 53.
Cancellarii, qui scripserint libros. C.
pag. 63.
Cancellarii consiliiis privatis Regis
interfunt. C. pag. 52.
Cancellariorum reditus. C. pag. 61.
Cancellariorum familiae & insignia
natalitia. C. pag. 66.
Cancellariorum stirpes. C. pag. 67.
Cancellariorum singularia. C. pag.
67. D. pag. 96.

Cancellariorum supremorum series.
D. pag. 76. nec non Pro-Cancel-
lariorum. D. pag. 76. 81.
Cancellariorum MSC. Chronologia,
(PræConf. Thorunensis Dni. Gie-
ring) D. pag. 131.
Cancellariorum MSC. Designatio,
(Dni. de Rosenberg, Consulis Ge-
dan. & Syndici.) D. pag. 135.
Cancellariorum nomina ordine al-
phabetico. D. pag. 153.
Cancellariorum MSCta. Designatio
Conf. Ged. de Rosenberg D. p. 135.
Choinscius (Joh.) D. pag. 97.
Chronologia Cancellariorum Præ-
Conf. Thor. Dni Giering. D. p. 131.
Cioleus (Stanisl.) D. pag. 97.
Comitia generalia sunt ordinarium
tempus creandi Cancellarios, sed
non semper. C. pag. 17.
Comitia generalia quomodo indican-
tur a Cancellariis. C. pag. 41.
Commisarii constituuntur a Cancellariis.
C. pag. 46.
Constitutiones regni quomodo confi-
ciantur. C. pag. 42.
Cothus (Vinc.) D. pag. 98.
Crassinscius (Franc.) D. pag. 98.
Curlandica Investitura. C. pag. 50.
D. pag. 89.
Curoswanscius, (Creslaus) D. p. 98.
Curoswanscius (Stanisl.) D. pag. 99.

D.

- Dembinius (Jac.) D. pag. 99.
 Dembinus (Valent.) D. pag. 99.
 Dignitates non possunt conjungi promiscue. C. pag. 6. 8.
 Dignitates vacantes si supplendæ a rege, quid observent Cancellarii. C. pag. 43.
 Drzewica (Matth. II.) D. pag. 99.

E.

- Ecclesiastici inferioris ordinis ab initio soli fuerunt Cancellarii. C. pag. 5.
 Electione regis peracta quid agant Cancellarii. C. pag. 56.
 Episcopi postea admissi ad Cancellariatum. C. pag. 6.
 Equites ordinum equestrium si reges poloniæ creantur ab extraneis regibus, quid muneris Cancellarium. C. pag. 51. D. pag. 94.
 Excerpta promiscua de Cancellariis. D. pag. 148.
 Exempla contra constitutionem Alexandri regis. C. pag. 7. sq.
 Expeditio generalis bellica, C. pag. 50.

F.

- Familia Cancellariorum. C. pag. 66.
 Feuda, quando conferuntur a regibus, quid muneris Cancellarium. C. pag. 66.
 G.
 Gembicius (Laur.) D. pag. 99.
 Gembicki (Petr.) D. pag. 100.
 Guinski (Joan.) D. pag. 100.
 Gruscinius (Jo.) D. pag. 100.

H.

- Heidensteinii libellus rarissimus de Cancellario recusatus. D. in fine.
 Homagium Prussorum. C. pag. 45.

J.

- Jastrombecius (Alb.) D. pag. 100.
 Interregnum quid requirat a Cancellariis. C. pag. 55.
 Investituræ quomodo fiant. C. pag. 50.
 Investitura Carlandica. D. pag. 89.
 Judicia relationum, quomodo dirigant Cancellarii. C. pag. 31.
 Judicia assessoralia exercentur per Supremum Cancellarium, eo absente per Pro-Cancellarium. C. pag. 27.
 Jura, quæ observantur in Judiciis assessorialibus. C. pag. 27.
 Jusjurandum Prussorum s. Homagium. C. pag. 45.

K.

- Konipolscius (Joh.) D. pag. 101.
 Kryski (Felix) D. pag. 101.

L.

- Lascus (Joh.) D. pag. 101. C. pag. 65.
 Legatis quid incumbat officii erga Cancellarios. C. pag. 40.
 Legatis quid præsentent Cancellarii. C. pag. 40.
 Legati sæpe fuerunt Cancellarii. C. pag. 53.
 Legati a Republ. si mittendi ad externos, quid observetur. C. pag. 40.
 Libros

Libros Cancellarii ediderunt, C. pag.

63.

Lipski (Andr.) C. pag. 63. D. pag.

102.

Lis Cancellariorum de prerogativa
loci cum Marefcallis Curiae, C.

pag. 20.

Lubienskii Parænesis ad Thom. Zam-
oisium, Pro-Cancellarium, re-
cusa ex ejus operibus. D. pag. 116.

Lubienskii (Stanisl.) Libri. C. p. 64.

M.

Maciejovius (Sam.) C. pag. 66. D.
pag. 103.

Mareschalcus nuntiorum terrestrium
electus, quid agat in Comitibus Ge-
neralibus regni. C. pag. 41.

Mareschalcus nuntiorum terrestrium
vacantes dignitates ut suppleat
rex, rogat, & nomine regis accipit
respondum a Cancellario. C. pag.
42.

Matrimonium regis curant Cancel-
larii. C. pag. 54.

Moratoriae Litterae conceduntur a
Cancellariis. C. pag. 31.

N.

Nomen Cancellariorum unde. C.
pag. 3.

O.

Ocieskius (Joh.) C. pag. 66. D. pag.
103.

Odrowski (Petr.) D. pag. 103.
104.

Olfzowski (Andr.) C. pag. 64.

Ordinatio Johannis III. regis circa

Judicia assessorialia. D. pag. 71.

Ordo equestris aquilae albae. C. pag.

51.

Origo Cancellariorum. C. pag. 4.

Osselinski (Georg.) C. pag. 64. D.
pag. 104.

P.

Prærogativa Supremi Cancellarii. C.
pag. 25.

Privilegia nomine regis dantur a
Cancellariis. C. pag. 31.

Pro-Cancellarii quando orti. C. p. 4.

Propositio regia prælegitur a Can-
cellario in comitiis generalibus
regni. C. pag. 41.

Prussici Burggravii. C. pag. 45.

Prussorum homagium. C. pag. 45.

R.

Radlicius (Joh.) D. pag. 105.

Reditus Cancellariorum. C. pag. 61.

Referendarii. C. pag. 33.

Regens Cancellariae. C. pag. 33.

Reges proficiscentes extra regnum
comitatur alteruter vel uterque
Cancellarii. C. pag. 49.

Reges comitantur Cancellarii in bel-
lica expeditione. C. pag. 50.

Regis matrimonium curant Cancel-
larii. C. pag. 54.

Reginae Cancellarius subest inspecti-
oni Cancellariorum regni. C. pag.
53.

Regum abdicatio spontanea quam re-
quirit operam Cancellariorum. C.
pag. 52.

Regum coronatio quid operæ requi-
rat a Cancellariis. C. pag. 57.
Regum sepultura. C. pag. 57.
Rex electus si est, quid juris compe-
tat Cancellariis. C. pag. 56.
Rex electus ante coronationem uti-
tur sigillo Camera. C. pag. 37.

S.

Salvi conductus expediuntur a Can-
cellariis. C. pag. 24.
Scipiones præferunt regi Cancellarii,
absentibus Mareschalcis. C. pag.
55.
Schidlovicius (Christoph.) D. pag.
106.
Secretarii Majores quid. C. 62.
Seculares quando admissi ad Cancellariatum. C. pag. 6.
Senatus-Consulta curantur a Cancellariis. C. pag. 48.
Senatorii ordinis quando sint facti Cancellarii. C. pag. 18.
Series Cancellariorum emendata a Joh. Zaluski. C. pag. 27.
Sigillum regni furto aufertur. C. pag. 37.
Sigilla & libri Cancellariæ. C. pag. 36.
Sigismundi I. regis reservatum circa Constitutiones de Cancellariis. C. pag. 11.

Singularia Cancellariorum. C. pag. 67.
Solemnitates in creatione Cancellariorum. C. pag. 20.
Strellcius (Joh.) D. pag. 106.
Strempinius (Joh.) D. pag. 107.
Succedunt Pro-Cancellarii Supremis Cancellariis. C. pag. 24.

T.

Titulus Cancellariorum. C. pag. 24.
Tomicius (Petr.) quid scripserit. C. pag. 65. D. pag. 107.
Tramba (Nic.) D. pag. 107.

W.

Wolfcii (Petr.) Scripta. C. pag. 65.
D. pag. 108.
Wydzga (Joh. Steph.) Libri. C. pag. 65.

Z.

Zadzik. (Jac.) D. pag. 108.
Zaluski (Joseph.) C. pag. 63.
Zaluski (Andr. Chrys.) quid scripserit. C. pag. 65.
Zamoiscius (Joh.) C. pag. 63.
Zamoiscius (Thom.) D. pag. 113.
Zichlinius (Alb.) D. pag. 113.
Zolkiewius (Stan.) D. pag. 113.



CATALOGVS ALIQVOT LIBRORVM,

qui propriis sumtibus prodierunt ut & in copia habendi sunt

apud
Georgium Marcum Knoch,

Bibliopola Danvicanum.

Braunii (Dav.) de Scriptorum Poloniae & Prussiae typis impressorum aequae ac Mensorum virtutibus & vitiis Judicium. Dant. 1739. 4.

Böhmi (Mart.) Commentarius de Interregnis in Regno Poloniae. Thor. 8. Confessio Fidei, quam Status, Cives & Ecclesiae in Polonia, Prussia & Lithuania inv. Conf. Aug. addictae in Colloq. Charitat. Thorunii a 1645. habito primum Serenissimi Regis Poloniae Vladislai IV. Legato, Dn. Georgio Ossalinski, deinde ipsi Sereniss. Reg. Majest. tradiderunt, denuo recusa cura Sam. Güntheri. Dant. 1735. 4.

Grüttneri (Sam. Franc.) Tract. Juris publ. de Prussia nunquam & nulli Tributaria. Dant. 7141.

de Hauenstein (Jo. Heinr.) Repertorium juris Pruthenici, nimirum Municipalis, Culmensis emendati, correcti & revisi ut & juris Terrestris terrarum Prussiae. Dant. 1730. 4.

Lauda Statuum & Ordinum terrarum Prussiae in Conventu Generali de 28. Aug. an. 1730. Graudenti congregatorum, ib. 4.

Hoffmanni (Jo. Dan.) de Typographiis earumque initiis & incrementis in Regno Poloniae & Magno Ducatu Lithuaniae, cum variis observationibus rem & literariam & typographicam utriusque Gentis aliqua ex parte illustrantibus. Dant. 1740. 4.

Jänichii (Petr.) Meletemata Thorunensia, seu Dissertationes varii argumenti ad Historiam maxime polonicam & prussicam, politicam, physicam, rem nummariam, ac literariam spectantes, III. Tomi, cum fig. Thorun. 8.

- Janichii (Petr.) Memoria Secularis, qua Natalem Urbis Thorunenſis quingentimum ann. 1731. ac nonnulla de Fatalibus Rerumpulicarum Periodis repetit. ib. 4.
- Jus Terreſtre Nobilitatis Pruffiæ correctum, adjectis paſſim Allegatis ex Herburto & Conſtitutionibus regni, it. Jura Fundamentalia Terrarum Pruffia. Dant. 1733. 4.
- Lengnich (D. Godofr.) Pacta Conventa Auguſti III. Reg. Polon. Commentario perpetuo illuſtr. Lipſ. 1736. f.
- Historia Polona à Lecho ad Auguſti II. mortem. Lipſ. 1740. 8.
- Leyva (Hieron. Ven. Archiep. & Abb. Eccleſ. Metrop. Montis Reg.) Examen Episcoporum & eorum, qui approbandi ſunt ad adminiſtranda Sacramenta, utile Examinatoribus, Judicibus Eccleſiaſticis, Advocatis & Procuratoribus, omnes Deciſiones Juris Canonici &c. Poſn. f.
- Luderi (P. Barth. S. J.) Epigrammata & Elogia divorum Societ. J. ac præcipuarum Familiarum in Polonia. Col. 1738. 8.
- Nova Polonica ex Comitibus Grodnenſibus de Legatis Pontificis Maximi & Regis Magnæ Britanniæ, nec non de Jure Patronatus, aliisque ad Historiam recentiorem Poloniæ ſpectantibus rebus. Colon. 1728. 4.
- Privilegium Civitatum minorum Pruffiæ occidentalis Commentariolo illuſtratum, præmittitur de Civitatibus minoribus introductio hiftorica. Dant. 1739. 4.
- Schotti (Andr.) Pruffia Chriſtiana, ſive de Introductione Religionis Chriſtianiæ in Pruffiam per Martyres tentata. Dant. 1738. 4.
- Tractatio juris publici de Indigenatu Polonorum, ex jure publico polonico deducta, ib. eod. 4.
- Schultz. (G. Pet.) Historia Interregni noviffimi & Comitiorum in Pruffia polonica anno 1733. celebratorum, una cum quamplurimis Mæctis Actis ad Jus Publicum & Historiam Pruffiæ pertinentibus, cum fig. Dant. 1738. 4.
- Auguſti II. Reg. Polon. æterna Memoria in Nummis, cum fig. 1733. f.
- Sendellii (Nath.) Electrologiæ per varia tentamina hiftorica & phyſica continuandæ partes III. Elb. 1725-1728. 4.
- Seyleri (Georg. Dan.) Orationes III. quarum I. de Cura poſteritatis. II. de Vinæ litteraria, III. de Arte magna nihil ſciendi, accedit ejusd. Bibliothecæ Elbingenſis publicæ Diatypoſis hiftorica. Elbing. 1736. 4.
- Typographia Jubilans, ſive Actus evchariſticus in Memoriam ſecularem tertii ab inventa feliciter Typographia Jubilæi, Elbing. 1741. 4.

- Seyleri (Georg. Dan.) Actus solemnis eucharisticus in Memoriam quinti ab urbe regia Elbinga condita Seculi, c. fig. Elbing. Fol.
- Vita Jacobi Henrici Zerneckii, Præconsulis Thorunienſis, Scriptis, Factorumque fama nobilitati, exposita à M. Jo. Benj. Dragheim, accedunt duæ Amplissimi Viri Disputationes, altera Theologica. de statu infantium à Gentilibus progenitorum, cum in infantia decedunt; altera Juridica, de milite defertore. Dant. 1733. 4.
- Zalúski (Jof. Andr.) Specimen Historiæ Poloniæ Criticæ. Warſ. 1735. 4.
- Grabowskię (Manſw.) Illuminacye kaznodzieyskie, niezpornemi kazniami Odswieczeni. 1739. 4.
- de Berger (Chr. Henr. Nob. Dom.) Commentatio de Personis vulgo Larvis seu Mascheris, von der Carnevals-Lust / critico, historico, morali atque juridico modo diligenter conscripta, c. m. fig. ibid 4.
- Hornii (Jo. Gottl.) Henricus illustris Princeps ex majoribus Sereniss. Domus Saxonici vindicatus, cum fig. ib. 1726. 4.
- Janii (Joh. Gvil.) Antiquæ & pervulgatæ de IV. Monarchiis sententiæ contra recentiorum quorundam objectiones plenior & uberior assertio. ib. 1728. 8.
- Leutingeri (Nic.) Opera Omnia historica, 2. Tomi. Frf. 1729. 4.
- Schroëri (Joh. Fr.) Imperium Babylonis & Nini ex monumentis antiquis. Frf. 1726. 8.
- Accurate Nachricht / von der Russisch und Sächsischen Belagerung und Bombardirung der Stadt Danzig / nebst einem nöthigen Anhang derer Manifeste / Edicte / Brieffe und anderer Schrifften / mit Kupf. Colln 1735. 4.
- Kurzer Auszug alter und neuer Polnisch-Preussischer Kriegs-Geschichte / oder 2ter Theil der accuraten Nachricht von der Russisch-Sächsischen Belagerung der Stadt Danzig / mit Kupf. ib. 1741. 4.
- Das in Norden aufs neue angegangene Krieges-Feuer / welches bey der Freyen Stadt Danzig in volle Flamme gerathen / als solches bey dem gut angefangenen Interregno sich an der Grenze gezeigt / nach vollbrachter erster Wahl aber um sich gegriffen hat. Warschau 1735. 4.
- Acta Lyszczynskiana, oder ausführliche Nachricht von dem Leben / Schrifften und Schicksalen des berühmten Polnischen Atheisten Casimir Lyszczynski, aus glaubwürdigen Documenten zusammen getragen / und gegen Gottfried Arnolds Ausflüchte ins Licht gestellt von George Dan. Seyler. Königsb. 1740. 8.
- Adeks (Martin.) Historia de Arianismo olim Smiglam infestante, oder

- Historische Nachricht von des ehemaligen Schmieglischen Arianismi
Anfang und Ende/ nebst einer Kirchen-Historie der Stadt Schmie-
gel in Groß-Pohlen/ bis auf gegenwärtige Zeit. Danz. 1741. 8.
- Beckers (Joh. Gottl.) gründlicher Unterricht von der Computatione Gra-
duum und Successione ab intestato, nebst Dan. Gralaths Erbfolge nach
dem Preussischen/ Lübschen/ Culmischen und dem Adelichen Land-
Rechte. Danz. 1728. 8.
- Ausführlich-Historischer Bericht vom Polnisch-und Preussischen Münz-
Wesen/ aus Urkunden/ Reichs- und Landes-Recessen/ auch Actis pub-
licis zusammen getragen. Elb. 1722. 4.
- Cromers (Mart.) Beschreibung des Königreichs Polen/ von Andr. Schot-
ten herausgegeben. Danz. 1741. 8.
- Gründliche Erörterung/ wo die Belau und Klandau zu graben/ zu reinig-
gen/ und deren Lämme zu unterhalten schuldig sey/ aus alten Urkun-
den/ denen gemeinen/ und dieser Lande (nehmlich Danzig) besonderen
Rechten vorgestellt/ mit Kupf. Danz. 1733. 4.
- Corpus Constitutionum Prutenicarum, oder Königlich-Preussische Reichs-
Ordnungen/ Edicta, Mandata, Rescripta, &c. nebst Registern/ heraus-
gegeben von D. Ge. Grube/ 3. Theile. Königsb. 1721. f.
- Glaubens-Bekennniß derer der unverenderten Augsp. Confession zugethanen
Stände und Gemeinen in Polen/ Preussen und Litthauen/ durch Sam.
Günther von neuen edirt, Danz. 1735. 4.
- Leben Stanislai I. Königes von Polen/ mit nöthigen Anmerkungen/ Ur-
fungen und Münzen erläutert von S*** nebst dem Leben des Cardinals
Mich. Radziejowski, mit K. Stockh. 1737. 8.
- Leben und Thaten Friedrich Wilhelms des Grossen/ aus Medaillen und
Münzen erleutert von Ge. Dan. Seyler/ mit K. Danz. f.
- Leben und Thaten des Burggrafen und Grafen zu Dohna Fabiani des
ältern/ mit dessen Gebeten und Seuffzern. Elb. 1738. 8.
- Polnische Geschichte von denen Zelten Lechi an bis auf den Todt Augusti
des II. Danz. 1741. 8.
- Historische Nachricht von wahrsagenden Münzen/ oder derselben Vor-
bedeutungen/ nebst ihren accuraten Abrißsen/ deme beygefüget Joh. Jac.
Brackenhausen kurze Nachricht von denen wahrsagenden Bilden Säu-
len/ oder Statuen/ mit Kupf. Danz. 1733. 4.
- 700-jähriges Andencken von Erbauung der Königl. Stadt Elbing in Preuss-
sen/ mit Kupf. Elb. f.